Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1171
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



in igne flame rubri aspiciens autem videns conuersus est
et accedente illo ut considerare factus est ad eum vox dni dicens
Ego sum deus patris tui deus abraham deus ysaac et
deus iacob Tremens factus moyses non audebat considerare
Dixit autem illi deus Solue calceamenta pedum tuorum locus in
quo stas terra sancta est Videns vidi afflictionem populi mei qui
est in egipto et gemitum eorum audiui et descendi liberare eos et
nunc veni et mittam te in egiptum Huc moyses cum nequiuit
dicentes quis te constituit principem et iudicem quia nos huc de
principe et redemptorem misit cum manu angeli qui apparuit illi
in rubo hic eduxit illos faciens prodigia et signa in terra egipti
et rubro mari annis xl in deserto Hic est moyses qui dixit
filiis israel prophetam vobis suscitabit deus de fratribus vestris tanquam
me ipsum audietis Hic est qui fuit in ecclesia in solitudine
qui loquebatur cum angelo in monte syna et cum patribus nostris
qui accepit verba vite dare nobis Cui noluerunt obedire patres
nostri sed repulerunt illum et auersi sunt cordibus suis in egiptum
dicentes ad aaron fac nobis deos qui precedant nos moyses
hunc qui eduxit nos de terra egipti nescimus quid factum sit ei
et vitulum fecerunt in illis diebus et obtulerunt hostiam simu-
lacro et letabantur in operibus manuum suarum Conuertit autem deus
et tradidit eos seruire militiae celi sicut scriptum est in libro prophetarum
Numquid victimas aut hostias obtulistis mihi annis xl in deserto domus
israel et suscepistis tabernaculum malach et sydus dei vestri remphem
figuras quas fecistis adorare eas et transferam vos ultra babilonem
Tabernaculum testimonii fuit cum patribus nostris in deserto sicut disposuit
illis deus loquens ad moysen ut faceret illud secundum formam
quam viderat quod introiuerunt sucipientes patres nostri cum iesu
in possessionem gentium quas expulit deus a facie patrum nostrorum
usque in diebus dauid qui inuenit gratiam apud deum et petiuit
ut inueniret tabernaculum deo iacob Salomon autem edificauit illi